

CAPUT IV.

De ARTICULIS FIDEI, QVA FUNDAMENTUM FIDUCIÆ SPECIALIS.

Prospectus Tractationis.

- | | |
|---|--|
| <p>I. Articuli Fidei, qva fundamen- tum fiduciæ specialis, in uno sub- sistunt Redemptore nostro JESU Christo, is enim est.</p> <p>II. Salvator totius generis humani, qui veram habet divinam naturam.</p> <p>III. Veram item humanam naturam.</p> <p>IV. Qva mysteriose sunt conjuncta per Unionem Personalem.</p> <p>V. Quam consequitur Communica- tio Idiomatum.</p> <p>VI. Quoad primum genus.</p> <p>VII. Quoad secundum genus, ut hu- mana natura sit tributa Omnipoten- tia, Omniscientia & cultus adorationis religiosæ,</p> <p>VIII. Ac Omnipresentia, ut sic</p> | <p>IX. Quoad tertium genus præsto sint apotelesmata divina conditionis,</p> <p>X. Ipsumque Officium Mediatorium Deo & p̄p̄t̄ vindicetur. Cujus circumstantia</p> <p>XI. Feliciter innotescunt, si ad Offi- cium Propheticum, Sacerdotale & XII. Regium specialius respiciatur, & quoad hoc, regni potentia, gratia & gloria habeatur ratio atq; spe- cialiter demum explicentur</p> <p>XIII. Ea, quæ ad Statum Exinaniti- onis, qui.</p> <p>XIV. Usq; ad mortem ac sepulturam Christi obtinuit, &</p> <p>XV. Ad Statum Exaltationis sigil- latim sunt reducta.</p> |
|---|--|

§. I.



Hmphasi heroica Bernhardus perorat
felicitem credentium in Christum
& excitat eosdem, ut hac sua digne
fruantur salute, his quidem verbis:
*Redi ad te homo, redi ad Spiritualia, redi
ad æterna & cœlestia gaudia; redi miser,
redi ad filium: ne tardes converti ad
eum, qui te sua potestate, sua fecit sa-
pientia, redemmis sua incenarrabili bonitate, ad se vocavit & ex-
pectat adhuc quotidie, ut te coronet.* Quid quaris extra illum,
quid